UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 12. Quid si sint plures conservatores, an injuriatus implorate possit officium ejus, quiremotior est à domicilio injuriantis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

QUÆSTIO DUODECIMA.

Quid ſi ſint plures conſervatores, an injuriatus implorare poſſit officium ejus, qui remotior eſt à domicilio injuriantis.

SUMMARIUM.

1. *Conſervator qui remotior eſt à domicilio partium, non poteſt adiri.*
2. *Mens Pontificis eſt ne partes ſumptibus graventur.*
3. *Mens in privilegiis prævalet ſcripturæ.*
4. *Culpa eſt facere id quod alteri nocet, & ſibi non prodeſt.*

MInimè. *Io. Andr. in add. Spec. de officio delegati §. ſequitur num. 1. ſuper verb.* 1
Sed nunquid. Emanuel Roderic. *quæſt. Regul. tom. 1. quæſt. 65. art. 8. Peckius de*
jure ſiſtendi cap. 2. num. 6. Tum quod ea mens videatur fuiſſe Pontificis, ne 2
damnum proximo inferatur ſine cauſa. *cap. cum paratus 24. quæſt. 1. cap. cauſam de Re-*
ſcriptis, cap. ex parte 2. de officio deleg. cap. quamvis de in jus vocando, l. ſi quando C de in-
offic. teſt. uti adhuc ſupra oſtendi, §. 14. *Scholio* 194. mens autem in privilegiis ſem- 3
per præpollet ſcripturæ, *ca. in his ubi gloſſ. de privileg. cap. intelligentia, c. præterea de*
verb. ſig. & ſcripſi infra quæſt. 106. Tum aliis rationibus, quas attuli in d. tractatu *lib. 4*
quæſt. 87 è quibus hanc depromo, in culpa doloque verſari eum qui id facit quod ſi-
bi non prodeſt & alteri nocet. *Menoch. libr. 1. præſ. 4. num.* 97. Reſtringo tamen 4
hanc theoriam niſi conſervator qui utrique parti magis eſt ad manum ſit impetranti
ſuſpectus, nolitq; ſubdelegare, tunc enim eo poſtpoſito licet adire remotiorem etiam;
cum diſpendio partis alterius, ordinata enim charitas incipit à ſe ipſo, *can. qui vult*
de pœnit. diſt. 3. l. præſes C. de ſerv. & aqua.

QUÆSTIO DECIMA TERTIA.

An Conſervatores ſalarium exigere poſſint.

SUMMARIUM.

1. *Conſervator non exigit ſalarium, ſed expenſas quas extra domicilium facit, idque niſi obſtet conſuetudo.*
2. *Munera non poteſt accipere.*

3. *Eſcu-*